Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36530
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

in immensum libero fines ecclesie porrigunt. Eliminant iudea non prescrip
to aliquo exilio sed interminio ut nusquam synagoge locus in orbe rema
neat. Vinea planta aut homo. Verum varias significationes de uinee
appellatione diruant dicentes esaias uineam domini sabaoth domum
israhel et memorant. Hanc uineam quis alius nisi deus condidit. Hic est
ergo qui locauit et peregrie profectus. Non quia ex loco ad locum profectus est dominus
qui ubique semper est deus quia presentior est diligentibus negligentibus abest
Multis autem temporibus abfuit nec propera uidentur exactio. Iam quo
indulgentior liberalitas eo incorruptibilior puritas. Unde bene secundum
mathaeum habes. Quia et sepem circumdedit hoc est diuine custodie muni
tione uallauit ne facile spiritalium patiatur incursionibus bestiarum.
Et fodit in eo torcular. Modo intelligimus quid sit torcular: nisi quia
psalmi de torcularibus scribunt eo quod in his misteria domini ce passio
nis modo musti sancto feruentes spiritu prophetarum redundant estimauerunt
Denique dominum putabant quibus spiritus sanctus inundabat. Ergo et hic fodit torcu
lar: in quod uuae rationabilis fructus interior spiritali infusione deflu
erit. Edificauit turrim. uerticem scilicet legis adtollens atque in hanc
uineam munitam instructam ornatam locauit iudeis et tempori fructuum
seruulos suos misit. Bene tempus fructuum posuit non puerum. Nullus
enim fructus exstitit iudeorum nullus uineae huius puerulus. De qua dominus ait
Expectaui ut faceret uuas. fecit autem spinas. Itaque non
spiritali musto sed cruento prophetarum sanguine torcularia redundarunt
Denique hieremias in lacum missus est. Hec enim erant iam torcularia iudeae
non uino repleta sed murmure et lice generaliter prophete uidentur expri
dari tamen lectio ut illum qui lapidatus est nabuthan et certum eum cui et
si nullum acceperim propheticum uerbum accipimus tamen propheticum factum
quia multos per hac uinea futuros martyres proprio sanguine prophe
ant. Quis est autem ille in capite uulneratus: mirum esayas cui facili
compagine corporis sectia diuisit. qua fide inclinauit constantia